ZUSAMMENGESETZTE HANDSCHRIFT: GREGORIUS MAGNUS. PS. MARCILIA. PS. BOTO PRUVENINGENSIS

2. Hälfte 12. Jh. Seite 66v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36542
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

peribus largitur. sed tamen anime uel corporis iniqui
tate polluit. quod minus ē iustitie optulit. & qd maius
ē culpe. Sua enī dō dedit. & se diabolo. At contra admo
nendi sunt qui ad huc aliena rapere intendunt. ut
sollicite audiant quid uenienti in iudiciū dnī dicat. dn
namq; Esuriui & non dedistis mihi manducare. sitiui & non
dedistis mihi potum. hospes eram & nō collegistis me. nudus
& non operuistis me. Infirmus & in carcere & nō uisitastis me.
Quibus & ita promittit dicens. Discedite a me maledicti in ignē
eternum. qui ppparatus ē diabolo & angelis eius. Ecce
nequaquā audiunt. quia rapinas uel que
libet alia uiolenta com miserunt. &
tamen eterne gehenne ignibus man
cipantur. Hinc ergo colligendum
est quanta dampnatio ne plectendi
sunt qui aliena rapiunt. si tanta anim ad
uersione feriuntur. qui sua in discrete tenuerunt.
Perpendant quo eos obligat reatu res rapta. si tali subicit
pene non tradita. perpendant quid meretur in iustitia
inlata. si tanta p̄cussione digna ē pietas non inpensa. Dum
aliena rapere intendunt. audiant qd scriptum ē. Ve ei
qui multiplicat non sua usq; quo. aggrauat contra se densum
lutum. Auaro quippe densum lutum contra se aggrauare
est. terrena lucra cumpondere peccati cumulare. Dum

inabscue.